

AD PIVM LECTOREM

BREVIS ADMONITIO.

FECCE, benigne Lector, sine cunctatione vlla, quæ tibi molesta esse potuerit, promissa impleo. Et quoniam nunc nouum opus non damus, sed cœpto iam finem, & quasi fastigium imponimus, ideo illa omnia quasi præambula, quæ in librorum initijs præmitti solent, omittenda duxi. Nam & Regium priuilegium, & Superiorum facultas, & Academia Com- plutensis censura, Indexque tum Aristotelicus, tum Disputa- tionum, & Sectionum, quia vniuersum opus complectuntur, tum rerum etiam & verborum totius operis in quo locuple- tando diligenter est laboratum, cuique duos alios breues etiam addidimus de varijs quæstionibus Metaphysicis, quæ ad diuer- sa loca cursus Philosophici, aut Theologiæ prodesse possunt, in primum Operis tomum coniectus est. Faxit Deus, vt & hoc, & reliqua studia nostra tanto tibi vsui sint, & commodo, quan- to esse semper optamus.

